

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Voluptas I
cum fonte primo

Nobis quoque militandum est et quidem
genere milicie quo

nunquam ocium datur. Debellande sunt
in primis uoluptates que, ut uides,
seua quoque ingenia rapuerunt.

Si uoluptati cesero, cedendum est
dolori, cedendum est labori, cedendum
est paupertati.

Seneca ibidem (XXVIII. epistola).

Nobis quoque militandum est, et quidem
genere militiae quo
numquam quies,
numquam otium datur: debellandae sunt
in primis voluptates, quae, ut uides,
saeva quoque ad se ingenia rapuerunt.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium
epistulae morales*, 51, 6 (L. Reynolds
ed., vol.1, p.134, ll.6-10).

Non est emolliendus animus:
si voluptati cessero, cedendum est
dolori, cedendum est labori, cedendum
est paupertati;
idem sibi in me iuris esse uolet et
ambitio et ira; inter tot adfectus
distrahar, immo discerpar.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium
epistulae morales*, 51, 8 (L. Reynolds
ed., vol.1, p.134, ll.22-24).